



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Petro ap[osto]lo[rum] principe. Cap[itulum]. xxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

imenta perpeffa: tandem cum matre Marcella igne martyriū consumauit. Basilides autē vir gnis carnifex cum potamiēna iam occisa cum per visum conforasser: eius coronam passionis a deo d. linatā imposuisset: cōuersus ad xpm capite cefus est. Leteri oēs diuersis supplicijs lanari tādem gladio martyrii palmā perceperunt. Hec in lib. vi. ecclesiastice hystorie. cap. v. et vi. horū oim passio recolit. iij. kal. iulij.

De sancto Petro aploz pīncipe. Cap. xxiij.



Et apo

stolorū pīncipis
et xpi vicari: alio
noie dicitur symō

bariona fillus iohānis frater
adree apli de ciuitate bethsaf
da gallie a domino de piscat
ione vocatus: et apostolorū
maior effectus. Inter ceteros
et super ceteros maioris fer

uoris extitit. Nam et scire domini proditorē voluit: quem vt ait chrysofomus si sciuisset denti bus trucidasset. Hic super mare ad dominum ambulauit. Graterē in ore piscis inuenit. Laues regni celozum a domino recepit. Solus inter apostolos: vt xpm a iudeis captum defenderet gladium eremit. Pascendas oues a xpo suscepit. Tria milia hominū in pīma sua pīdicatione die penthecostes conuertit. Laudum cum iohāne erefit: et tunc. v. milia hominū ad fidem perduxit. Ananie et saphire morte pīdixit. Eneam paralyticū curauit. Cornelii baptisauit. Tabitam suscitauit. Umbra sui corporis in firmos sanauit. Ab herode incarcerat: sed ab angelo liberatur. Hec ex euangelijs: et Actuum apostolorū. Libus autē eius: vt ipse in libro clementis testatur: panis solus cum oliuis et raro cū olerib⁹ in vsu erat. Indumētū autē tunica sola cum pallio. In sinu quoq; semp sudariū portabat: ad tergendā inūdātiā lachrymarū: quas memorans dulcis magistri presentie cōtinere non poterat. Eius gesta et passionē: marcellus eius discipulus et clemens: ac leo summi pontificis conscripserunt. Cum petrus duos discipulos ad pīdicationē misisset: et ipi. xx. dietas fuissent vnus illorum defunctus est. Quod cum petrus altero ad se redeunte cognouisset baculum suum eidem tradidit: et sup corpus defuncti ponendū mandauit. Quod cū factū esset: ille qui p dies. xl. mortuus iacuerat: resurrexit. Hic dicit fuisse beatus martialis: vel vt alibi legitur sanctus fronto: qui autē defunctus fuerat fuit presbyter Georgius. Beatus igitur apostolus postq; sedem pōtificalem. viij. annis antiochie tenuit: vt dicitur est supra in pīma cathedra sancti petri. xv. kalen. februarij. Deinde hierosolymā venit: et cum symone mago confictum habuit. Nā ipse symon eo tempore erat

in hierusalem: qui se pīmam veritatem dicebat: et sibi credentes perpetuos effici asserbat: et nulla sibi impossibilia astruebat. Seipm autem vt deum adorandum ab omni mundo propheta bat. Dicebat quoq; q cum puer esset: mater ipsius rachel nomine cum vt mereret ad agrū mīrebat. Ipse hō falci pīcipiebat: vt p se mereret: et decuplo ceteris per seipsam mereret. Serpētes quoq; eneos faciebat mouere: statuas lapideas et ligneas ridere: et canes cantare: que omnia demonum incantationibus operabatur. Hic ergo cum petro disputare statuit: dieq; cōstituta petrus intrauit: et pacem astantib⁹ nūciauit. Symon hō se sua pace opus non habere respōdit cum non ad pacem: sed pugnam infimul cōuenissent. Contra petrus symonē redarguit: qui pacem audire recusauit: cum in disputationibus veritas ad pacem captandam requiratur. At symon se deum: et dei filium asserbat dicens: q poterat per aera volare: nouas arbores pducere: lapides in panes conuerrere: in igne sine lesione durare: et omnia sibi placita perficere. Contra hunc ergo petrus disputabat: et omnia eius maleficia deregebat. Tunc symon videns: q petro non posset resistere: omnes libros aris magice: ne forte magus pderet: in mare pīecit: et romā vt ibi haberetur pīerit. Ibiq; multum populū suis pīstigijs et apparentib⁹ signis ad se traxit. Quod vbi petrus cōperit: ipsum vsq; romam insegurus est. Quarto igitur anno claudij petrus romā applicuit: et ibidem. xxv. annis sedit vsq; ad annū vltimū neronis cesaris: duos quoq; epos linū et cletum sibi coadiutores assumpsit: vnum intra vrbis menta: alium extra. Ipseq; pīdicationi insistens multos conuertebat: et infirmos q plures curabat. Et castitatem multum cōmendans: quattuor concubinas agrippe pīfecti ad xpm conuertit: que ad pīfectū vltēius redire recusabat. vñ agripa iratus contra petrum occasiones querebat. Post hęc apparuit dominus petro: et eidem pīnūciauit: q symō magus et nero cesar cōtra ipm cogitarent: sed cum horatus est: ne dubitaret: quia semp sibi assisteret: et solatiū coepistolū pauli in crastinū vrbē intraturi eidē cōcederet. Dieq; sequēti paulus romā ingressus petro adhesit: et secum pīdicare cepit. Petrus quoq; sciens se proximum passioni in cōuentu fratrum positus clemētem sibi successorē in episcopum ordinauit: et in cathedra loco sut: licet diu renitentem sedere coegit. Symon autē magus in tantū a nerone amabat: q vite eius et salutis et totius vrbis custos putabat. Quadam die ante cesarem assistens: eius effigies subito mutabat: vt modo senior: modo iunior appareret. Aliq; dum in conclauē cū nerone esset: demon in ei⁹ spēctie foris populo loquebat. Quapropter nero ipm vere dei filiū existimabat. Dicit etiā symon neroni: vt se decollari mādaret:

et die tertia resurgens: se vere dei filium com-
 probaret. Quod cum fieret; spiculator: putans
 se symonem decollare: arietē occidit. Symon
 hō arte magica triduo latuit: et arietis mēbra
 colligens abscondit. Sanguis autem aialis cō-
 gelatus remansit. Die autē tertia se neroni ostē-
 dit: et surrexisse asseruit: ac ut sanguinē suū ab-
 stergī faceret imperauit. Quod nero videns ob-
 stupuit: et ipm verum deum existimauit. Popu-
 lus etiam cum reuerentes eidem statuā crece-
 runt: et titulū eius nois conscripserūt. Petrus
 autē et paulus ad neronē introibāt: et symonis
 fallacias confutabant. Addiditq; petrus: q; si-
 cut in xpo sunt due substātie: sc; hominis et dei:
 sic in symone hominis et diaboli. Symon hō pe-
 tro cōminabatur q; angelis suis preciperet: vt
 se de apostolo vindicarent. Petrus hō se eius
 angelos non timere respondit. Et cum nero sy-
 monem habere deitatem diceret: petrus dixit:
 vt si vere deus esset: diceret: quid petrus cogi-
 tabat: et quid latenter ordinabat: et accedens ad
 aurem cesaris secreto ei dixit: vt panē hordea-
 ceum sibi occulte deferri iuberet: quē sibi obla-
 tum petrus benedixit: et sub manica abscondit.
 ac symonem qui se deum dicebat: quid factum
 fuisset interrogauit. Contra symon dicebat: vt
 petrus propalaret: quid ipse symon in mente re-
 uolueret. Petrus hō respondit: q; cogitationē
 symonis se scire doceret: dum faceret: quod co-
 gitasset. Fratus autem symon canes maximos
 aduocauit: vt petrum deuorarent. Qui cū mo-
 uentes in petrum impetum fecissent: ille pa-
 nem bñdictū eis obrulit: et protinus eos in fu-
 gam conuertit. Sicq; petrus quod symō cogi-
 tauerat: non verbis: sed factis se cognouisse do-
 cuit: dicens q; qui promiserat contra se ange-
 los exhibituros canes exhibuerat: vt sic osten-
 deret: se angelos non habere diuinos: sed cani-
 nos. Et hac deceptatione admodū symon con-
 fusus est. ¶ Post hec cum symon se iactasset: q;
 posset defunctos suscitare: et die quadam iuue-
 nis mortuus ad tumulum portaret vocatis pe-
 tro et symone: hanc omnes populi sententiā fir-
 mauerunt: vt illum occiderēt: qui mortuum ex-
 citare non posset. Tunc symon suis incantatio-
 nibus fecit: vt caput mortui agitare. Et cum
 omnes petrum lapidare vellent. Apostolus fa-
 cto silentio dicebat: vt si defunctus uiueret: per
 seipsum loqueretur et surgeret. Alioquin symo-
 ne a pheretro separato fantasma diaboli appa-
 reret. Separato ergo symone a lectulo puer im-
 mobilis permansit. Petrus etiam a longe stās
 oratione facta inuenem confessim in christi no-
 mine excitauit. Et cum populus symonem lapi-
 dare vellent: petrus pro eo intercessit: et liberum
 abire fecit. Tunc symon ad domum marcelli di-
 scipuli petri canem maximum alligauit: vt pe-
 trum ad discipulum ex moze uenientem lacera-
 ret. ¶ Post modicum petrus uenit: et facto si-

gno cruciis canem exoluit. Eantis autem omni-
 bus blandiens solum symonem persecutus in
 ipsum insiluit: et sibi apostolus iusserat corp⁹
 quidem eius non lesit: sed vestes totaliter lace-
 rauit: ppl's autē et pueri simul cum cane illū tan-
 q; lupum ex urbe fugarunt. Qui opprobriū pu-
 dozem non ferens symon per annerum nuscōs
 paruit. Post annum hō ad urbem rediens: ite-
 rum in neronis gratiam receptus est. Qui et po-
 pulum vrbis conuocauit: et segrauiter a galile-
 is offensum perhibuit: et ideo diem statuit: quo
 mundum deserens celum ascenderet: quia nō
 dignabatur in terris amplius habitare. Igitur
 die statuta turrim; excelsas sibi de lignis a nero-
 ne fabricatam ascendit: et coronatus lauro ve-
 lare cepit. Apostoli autem adinuicem condice-
 runt: vt paulus oraret: et petr⁹ imperaret. Eū
 autem nero symonem deum assereret: et aposto-
 los seductores diceret. Paulus autē petro sua-
 deret: vt iam domini iussa perficeret: eo q; xps
 illos ad se uocaret. Petrus surrexit: angelos sa-
 thane per christi nomen adiurauit: vt symonem
 ampl⁹ nō ferrēt: sed ad terrā corruere permit-
 terent. Et continuo dimissus corruit: et fractis
 membris omnibus expirauit. Nero autē se ta-
 lem virum perdidisse doluit: et apostolos detē-
 tos in manibus paulini viri clarissimi tradidit.
 Qui eos reclusit in custodia mamertina sub cu-
 ra militū processit et martiniani: vbi per menses
 ix. detenti sunt: vbi etiā beatus apostolus. xlij.
 milites ibidem detentos conuertit: et fonte de
 petra producto baptisauit: vt supra dictum est
 in eorum passione: pridie idus martij. conuersi
 sunt etiam ad xpm processus et martinianus: vt
 dicitur in eorum passione. vi. non. Julij. vnde et
 post menses. ix. carcerem aperuerunt et aposto-
 los dimiserunt. ¶ Petrus autē multa fratri in
 instantia ex urbe discessit: et cum uenisset ad por-
 tam: que nunc dicitur sancta maria ad passus
 via apta: vidit sibi christum occurrentem: et ait.
 Domine quo vadis: qui respondit: vento romā
 iterum crucifigi. ¶ Gratimq; dominus dispa-
 ruit: et eius adhuc vestigia marmoris impressa
 cernuntur. Petrus igitur cum hoc de passione
 sua dictum intelligeret rediit. Et a ministris
 neronis captus prefecto agrippe presentatur:
 et facies eius sicut sol refulsit: paulus etiam si-
 mul cum eo captus est. Tunc iubente Nerone
 Agrippa prefectus in eos sententiā tulit: vt
 ambo quidem moze romano prius flagellis ce-
 derentur. Deinde Paulus qui ciuis erat roma-
 nus: capite truncaretur. Petrus hō tanq; alie-
 nigena crucifigeret. Qui dato sibi pacto oscu-
 lo abinuicem separatur. Paulus decollatus est
 ad aquas salinas in via ostiē. Petrus autē in
 vaticano naumachie iuxta palatiū neronianuz
 crucifixus est. ¶ Petrus igitur cū uenisset ad
 crucē: rogauit milites: vt verso dorsum capi-
 te crucifigeretur: asserens non esse dignum: vt

De sanctis in mēse iunij occurrētibus Folio. cl.

Ipe discipulus eo modo in patibulo staret: quo
Christus magister in cruce pendit. Tunc illi
crucē verterunt: et pedes sursum: manus autem
deorsum confixerūt. Populus hō furore reple-
tus volebat neronem et prefectum occidere: et
apostolum liberare. Qui eos rogavit ne passio-
nem suam impedirent. Dominus autē aperuit
oculos eorum: qui aderant: et desebant: et viderunt
angelos stantes cum coronis rosarum et li-
liorum: et petrum confortantes: et ipm etiam assi-
stentem et librum apertum tenentē: et quicquid
petrus populo predicabat: ex ipius libri scri-
ptura sumebat: videns ergo petrus quod fideles
eius gloriā vidissent: orationē premisit: et gra-
tias agēs deo: fideles cōmendās. Spiritū emi-
sit. iij. kalē. iulij. quo ipso die et eodē anno (vt ec-
clesia tenet) coapostolus eius paulus decola-
tus est: vt infra in eius passione dicef. Lius
corpore a marcello et apuleo eius discipulis de
cruce depositum in vaticani loco sepulcrum est.
In ipa autem die petrus et paulus dionysio
apparuerunt: vt ipse testatur: manu ad manum
portā vrbis intrantes: induti veste luminis et
coronis claritatis ornatī. Nero autē pro hoc et
alijs commissis sceleribus a populo furēte ex-
vbe pulsus manu se propria peremit. Tem-
pore corneliū pape greci furati apostolorū cor-
pora illa exportabant. Sed statim facto terre-
motu nimio demones in idolis habitantes cla-
mabant: quod dii romanorum exportarētur. Quia
propter fidelibus de apostolis: paganis hō de
suis dijs intelligentibus multitudo armatorū
illos insequitur: vnde greci timentes apud ca-
racumbas apostolorū corpora in puteum profe-
cerūt. Que a serō cornelio inde leuata et i cisdē
locis vbi ablata fuerāt de posita fuerūt: vbi ia-
cuerūt vsq; ad tpa siluestri pape: quando vtri-
q; ipsozum edificata basilica ad ipsozum eccle-
sias sunt translata: vt dicetur infra in dedica-
tione iparum basilicarū. xij. kalē. decembris.

De sancto Paulo apostolo docto-
re gentium. Ep. xxiij.



Paulus apo-

stolus predica-
tor et doctor gen-
tium de tribu ben-
iamin tarso cilic-
ie oriundus gamalielis do-
ctoris discipulus: post sui con-
uersionem multas persecutio-
nes passus est: multaq; mira-
cula operatus: quas hilarius
enumerat dicens. Paulus apostolus in philip-
pis virgis ceditur: et in carcere ponitur: et in
ligno pedibus affigitur. In listris lapidatur.
In iconia et thessalonica ab emulis psequit.
In epheso feris dat. In damasco per murū in-
sperta dimititur. In hierualē ceditur: ligat:

insidiatur: criminat. Nauigans in italiam per-
culo eripitur. Romam veniens sub nerone iud-
catur et occiditur: apostolorum inter gētes ac-
cepit. Quēdam contractum in listris extendit.
Iuuenem qui de fenestra ceciderat et expirave-
rat suscitauit: et mltā alia miracula fecit. Apud
mytilenem insulam vipera manu eius inualit:
sed nihil eum lesit: quin potius ipsam in ignem
excussit. Refert ayimo: quod paulus a pullozum
cantu vsq; ad horam quintam labori manū ius-
sistebar: deinde predicationi residuo lucis vaca-
bat. Reliquū temporis comestioni somno et ora-
tioni expendebat. Veniens ergo romā cum
nerone nondum esset in imperio: confirmatus: et
etiam audito quod de lege iudeoꝝ et fide christia-
noꝝ inter paulum et iudeos questio verrebatur:
non multū inde curauit: et sic paulus quod vole-
bat libere ibat: et libere predicabat. Hierony-
mus etiā libro de viris illustribus ait: quod paulus
secundo anno neronis romam vincetus mittitur:
et per biennium in libera manens custodia ad-
uersus iudeos disputauit. Deinde a nerone dis-
missus euangelium in occidentis partibus predi-
cauit: ac deinde romam rediit. Eius autem sa-
pientia et religio vbiq; divulgabatur: et ab om-
nibus admirabilis habebatur. Quiltos etiam
de domo cesaris sibi in amicitiam copulauit: et
eos ad christum cōuertit. Cum seneca neronis
pceptore singularē amicitia habuit: eius plures
epistolas direxit: et ab eo suscepit. Quēdā etiā
scripta eius coram cesare recitata sunt: et mira-
biliter commendata. Senatus etiam de illo nō
mediocriter sentiebat. Quadam die cum pau-
lus in solario circa vespēras predicaret: pincer-
na neronis nomine patroclus iuuenis impera-
toris dilectus: vt paulum propter multitudinē
commodius audiret: fenestram ascendit: vnde
dormitans cecidit: et fractis ceruicibus expira-
uit. Quod audiens nero plurimū doluit: et aliū
sibi in officium surrogauit. Paulus hō per spū-
ritum hoc cognoscens: iussit defuncti corpus
sibi deferri. Quem allatus continuo suscitauit:
et ad cesarem cum socijs suis misit. Nunciatur
imperatori patroclū pre foribus astare. Quōd nero
audies expauit: eūq; ad se ingredi recusauit: sed
tandem suatus ab amicis intrare permisit. Et
interrogans an viuere: illeq; dum se vere vi-
uere diceret: et a domino iesu christo suscitatu
perhiberet: qui est rex omnium seculorum: qui
et destruet omnia regna mundi: et solus in eter-
num regnabit. Nero eidem alapam dedit: in-
terrogans an illi regi militaret. Cum autem
patroclus et alij quinq; milites se christo do-
mino militare dicerent: iussit Nero illos in car-
cerem trudi: vt nimum torqueret: quos ni-
mis ante dilexerat. Omnes quoq; christianos
fecit inquiri: et sine interrogatione per varia
tormenta puniri: inter quos paulus vincetus ad
neronem adductus est. Cum autēz nero ipsum